



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla LXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

C. ueteri, sententia lata ad fauorem d. David q. S. Aloy. Bembo laudata remansit usque sub die 16. Octob. 1562. de suffrag. 22. quæ sententia lata fuit de iure. secundum tex. in liqui habebat. ff. de reb. dub. & Bal. in l. uoluntatis, in lect. antiqua. C. de fideicom. nu. 11.

REGULA LXIII.

1 Legatum factum per testatorem liberis, seu filiis suis, si comprehendat filios natos post mortem testatoris, tu tunc, q non. secundum Roma. consi. 231. nu. 1. 2. & 3. rationibus & iuribus, per eum adductis, & præsertim, quia non natos nulla cadit affectio. l. cum uir uxore. ff. de condit. & demonst. & ibi Soc ubi dicit, q conditio liberorum prolata a testatore in testamento intelligitur de liberis proferentis, & sic uerba quantuncunque generalia restringuntur, ex uerisimili mente testantis. Ita Soci, in l. nu. 2. nam si maritus haberet filios cum duabus mulieribus. utique legatum factum uxori in tempus liberorum intelligeretur de liberis susceptis ex se, & non ab uxore ex alio matrimonio.

Fallit hæc regula nisi testator in testamento apponeret conditionem omnibus, quia tunc ex uerisimili mente testantis credibile, est uelle omnes beneficiare, propter conditionem omnibus, ut doct. in l. i. ff. de leg. 1. & indefinita equipolet uniuersali. ut Bar. in l. pluribus. ff. de l. 2. & Soc. in l. nominatim nu. 2. ff. de lib. & posthu.

REGULA LXIIII.

1 Legatum factum uxori per testatorem, donec ipsa steterit in domo cum filiis. An legatum per mortem filiorum sit & intelligatur esse extinctum. Tu conclude q sic & q uxor legatum petere nullo modo possit. per tex. in l. legatum. C. de condit. insert. Deci consi. 620. casus nu. 1. ratio quia conditio Morandi cum aliquo intelligitur eo uiuo, sed post eius mortem testator non censetur uoluisse conditionem apponere. Ideo dispositio remanet pura

